

Praelatus nullo parant labori pro suorum utilitate.

Genes. 31.

1. Cor. 15.

74. Rupert.

Christus in via hujus saeculi pro nobis multipliciter fatigatur.

Isai. 1. Isai. 46.

Psal. 68.

Prov. 1.

Psal. 24.

75. Bonavent. August.

Luc. 15.

Isai. 9. Psal. 128. A Christi passione requiescit, & recreatio nostra? Ambros.

Praelati, ac pastores pro animarum praeda capiendi usque ad sudores laborare, ac defatigari, ita ut nullo incommodo parcant, dummodo suorum saluti consulant. Sic dicebat Jacob Laban avunculo suo Genes. 31. num. 39. Arietes gregis tui non comedi, nec caprum a bestia ostendi tibi: ego damnum omne redderam; die, nocteque astu mebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis Et Paulus, non gloriantur, sed formam veri Praelati praescribens dicebat 1. Cor. 15. n. 10. Abundantius illis omnibus laboravi. Vide lib. 1. cap. 7. n. 38 & lib. 2. c. 1. num. 82. Octavo, Rupertus lib. 4. in Joan. Nam quomodo, ait, in fonte subiecto velucet Solis imago, ista Domini Jesu fatigatio fatigationem alteram spectat, quam ipse in arcano divinitatis sua meditabatur Concilio. Quam ergo fatigationem sui meditabatur? Jesus ipse ex itinere humanitatis sua vera passione, veris doloribus, & sua morte erat fatigandus. In hoc itinere Dominus lassatus est, in quo adumbrabatur, quomodo Dominus in via suae humanitatis, ac hujus saeculi fatigandus erat quadrupliciter. Primo in sua morte, ac magnis suae passionis doloribus, ita ut vocaretur vir dolorum, Isai. 53. num. 3. Deinde fatigandus erat (ait Cardinalis Hugo) onere, clamore, & itinere. Onere peccatorum portanda peccata nostra, & expectando peccatores; ut Samaritanam expectavit. Isai. num. 14. Laboravi sustinens. Isai. 46. num. 3. Audite domus Jacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini a meo utero, qui gestamini a mea vulva, usque ad senectam ego ipse, & usque ad canos ego portabo: ego feci, & ego servabo: ego portabo, & servabo. Tertio fatigatur clamore, nos vocando. Laboravi clamans, & rauca facta sunt fauces mea. Psal. 68. num. 4. Vocavi, & remisisti; extendi manum meam, & non sinit, qui aspiceret. Despexisti omne consilium meum, Proverb. 1. n. 24. Quarto fatigatur ex itinere, quia multas, & longas vias vadit, ut nos inveniat, & quaerat. Aliquos enim vocat per opera misericordiae, & amoris; alios per viam iustitiae, & timoris. Psal. 24. n. 10. Univerfa via Domini misericordia, & veritas. Nondum Divus Bonaventura, Jesus fatigatus, ait, ostensio fuit, quod infirmitas sua assumpta fuit nostra fortitudo, & fecit nos fortes; prout ait Augustinus tract. 25. in Joan. bene dicens quod multis infirmos, infirmitas sua nos fecit fortes. Fatigatur meus Jesus, ut nos fortes reddamur ad requiem; nam ejus lassitudo nos vacuos a labore constituit, ut dixi ex Eusebio in tertia ratione. Infirmitas fortes; & crux, ac aerumnae oppressio felices, ac bonorum possessores omni quiete, & indulgentia nos firmat. Bonus pastor ovem deperditam cum invenerit, eam imponit in humeros suos, & gaudens venit in domum, & Luc. 15. num. 5. Invenit sollicitus pastor ovem errantem; cuem non ad pastum, vel ad aquas ducit; Cur non trahit ad gregem baculo, vel manu? Sed in humeros ponit? In humeris fulgent signa passionis Christi Domini super humeros factus est principatus ejus, Isai. 9. num. 6. Super dorsum ejus fabricaverunt peccatores, Psal. 128. n. 3. Et non poterat requiescere, nec recreari, nisi a pressura Crucis & passionis Christi Domini. Divus Ambrosius serm. 22. in Psal. 118. statim in principio. Denique inventam pastor, ait, ovem humeris imponit suis. Agnosceis nique mysterium, quomodo ovem

lassa reficiatur, quia non potest aliter humana conditio lassata recreari, nisi sacramento dominicae passionis, & sanguinis Jesu Christi, cujus principatus super humeros ejus. Decimo: Non dicitur Jesus fatigatus, dum faciebat, nondum aetius, ac calor Solis supportabat; sed quando sedebat super puteum. Puteus ob suam obscuritatem, ac profunditatem mundi bona denotat, ut patet ex his, quae dixi quest. 9. Et in hoc sensu mystice sumuntur putei bituminis, apud quos conveniunt Reges Sodomorum Genes. 14. num. 10. Apocal. 9. num. 2. & Proverb. 23. num. 27. Moraliter dicam: Jesus dum sedet ad puteum, hoc est, ad umbram rerum temporalium, fatigatus sedet. In documentum nostram, si enim homo post hujus saeculi vias, quibus maxime laborat ad bona comparanda, in puteo significata, vidit in eis sedere otioque vacare, non requiem, sed fatigationem, ac laborem, quo maxime premiur, ubi invenit, ac reperit; & in ipsa super res temporales sessione homo molestat, ac affligitur; Dives ille, cujus ager attulit uberes fructus, cogitabat intra se, dicens: Quid faciam, quia non habeo, quo congregem fructus meos? Luc. 12. n. 17. D. Luc. 12. Ambrosius serm. 18. Angustatur hic, ait, ex abundantia, const. ingitur, & coarctatur ex opulentia; infelix in praesentibus bonis; infelicio in futuris. Et ut video ager ei, non tam reditus largiores, quam gemitus attulit graviores. Bonus ille Centurio accedit ad Dominum, omnium opificem, & ait: Domine puer meus jacet in domo paralyticus, & male torquetur, Matth. 8. num. 6. Eleganter Divus Chrysostomus serm. 15. pungit hominis tarditatem. Quomodo, ait hic Centurio, qui si agnoscat Dominum, puerum suum ausus est profiteri, quasi nesciens, servi peculium ad Dominum pertinere? An ignorat communia, qui docet tam secreta, tam profunda? Si Centurio oculis fidei illustratus alta mysteria penetravit, Christum esse omnium Dominum, cur non ait: Servus tuus, creatura tua jacet? Sed aliter fatur: Puer meus jacet in domo paralyticus, & male torquetur. Nam si esset servus tuus, Domine, non jaceret in lectulo. sed volitaret super illum: at quia servus meus est, & mihi homini saeculari obsequia praestat; hoc est, mundo servit, jacet in lectulo bonorum temporalium, non ut ibi requiescat, sed ut male torqueatur, ac maxima afflictione vexetur. Pergit citatus Chrysologus. Meum dico, quia jacet? si tuus esset, non jaceret: servi tui sunt, hominum servi jacet. Egrediantur filii Israel de suo regno captivi, & nunquam legimus, quod in itinere fuerint lachrymati, sed tantum quando ad flumina Babylonis devenerunt: Super flumina Babylonis sedimus, & flevimus, Psal. 136. num. 1. Et cur ad fluenta aquarum in lachrymas prorumpunt? Flumina illa, ut docent D. Augustinus, D. Hieronymus, Brunonius Abbas, & alii denotabant mundum, ac bona temporalia, quae amantur in mundo. Et cum ad res saeculares hujusmodi accedunt, sedentque super eas, & quamvis videatur habitus quiescentis, non requie potiuntur, sed dolor in eis excitatur, ac gemitus magnaue afflictione concutiuntur. D. Augustinus citato Psal. Videte fluere, unde gaudeat, sedens supra, & fleat.

76.

Homo fatigationem, invenit, dum super res hujus saeculi requiescere cupit.

77. Matt. 8. Chrysol.

Chrysol.

78.

Psal. 136.

August. Hieron. Brun. Abb.

August.

QUESTIO XII.

Quare Jesus non stabat, sed sedebat super fontem?

79. Ratio legalis.

80. August. Deus apud justos requiescit.

Prov. 14. Eccles. 24.

Isai. 28.

81. Cassian.

Omnia mysteria Christi superintelligit.

82. Cyril. Alex.

Bene merita dignitas non minuitur ex alterius delinquentis conjunctione.

Exod. 32. 82.

Psal. 18. Symmach. Hieron. Aquila.

Ratio literalis hujus rei, secundum Patres, est, quia Dominus fatigatus erat ex itinere, ac proinde ut homo volens ostendere humanam infirmitatem, sedebat ad fontem, ut dixi ex Lyrano quest. 9. ut potest ad locum quietum, & ob amicitiam persequendum. Alias rationes morales inquiramus. Respondet primò D. Augustinus serm. 92. de temp. Sedebat, ait, supra puteum, non requiescebat: quoniam in Samaritanis non poterat requiescere. Samaritani infideles, ac peccatores erant, & ideo quamvis Christus Dominus apud eos sederet, non tamen requiescebat, cum ejus delectatio, ac recreatio sit cum fidelibus justis, ac sanctis viventibus. Proverb. 14. num. 33. In corde prudentis requiescet sapientia. Ecclesiast. 24. num. 19. In civitate sanctificata similiter requiescit. Isai. 28. num. 12: cum dixit. Haec est requies mea, reficite lassum; & hoc est meum refrigerium. Secundò Simon Cassianus lib. 1. cap. 1. Sedebat, ait, super fontem profundorum mysteriorum fidei, & profunditatis Scripturarum. Vere omnibus super sedet, omnia intelligit, omnia novit. Puteus ille sacram Scripturam, ac profunda mysteria denotabat, ut dixi quest. 9. Sedet Dominus super puteum suum, cum ipse in se habeat omnes thesauros sapientiae ac scientiae Dei, omnia mysteria, ac Scripturarum arcana penetrat, & superintelligit. Et ejus manu, cum scientiae clavem teneat, omnes fideles sapientiae aquas haurimus, ac potamus. Vide lib. 1. cap. 1. quest. 3. Tertio D. Cyrillus Alexandr. lib. 2. cap. 78. Quam a terminis Iudaeorum exiverit, ait, alienigenarum regionem ingressus, super fontem Jacob sedebat: ut enigmatis significaret, quamvis Iudaeorum genere relicto, in gentes abiit, a sit veritas non tamen honor, & dignitas Patrum decideret, sed cresceret potius, quasi jugibus aquis Christi irrigata. Transibat Dominus a Judaea ad Genes; ad fontem tamen Jacob sedet, ut fons ipse ob suum opificem, patriarchamque tantum condecoraretur, ac nobilitatem acquireret. Nam quamvis Judaea ob perfidiam suam relinqueretur, honor tamen, & auctoritas patribus debita non minuebatur, sed potius a Christo Domino veluti irriguis aquis perfusa crescebat magis, atque florebat: nec enim delicto aliorum etiam maxime propinquorum, dignitas unius benemeriti extenuatur, ac decrescit. Sic Dominus dicebat ad Moysen peccante populo, cum eum seclere vellet: Faciamque te in gentem magnam. Exod. 32. num. 10. Quarto, Venit Dominus ad fontem, super eumque sedet, ac quiescit. De Christo Domino ait Regius Vates Psal. 18. num. 7. Exultavit ut gigas ad currendam viam; seu ut legit Symmachus D. Hieronymus ex Hebraeo, ut fortis. Aquila ut potens. Tamen noster interpres posuit gigantem. Nam Dominus in via non tardavit, sed alacritate magna, veluti gigas cucurrit, ac pertransiit. Cur ergo Dominus moratur ad fontem, qui exaltavit, ut suam curreret viam? Cur Do-

minus suum modo retinet cursum? Cur suam velocissimè viam non pertransit? Aliquando ut parvulorum saluti consulatur, de intentione est, ac vehementia cursum remittendum; quamvis enim Dominus ut gigas, ut fortis, ac potens, alacriter cursum perageret; tamen ut mulieris infirmæ attendatur saluti, ipse velut infirmus, fatigatus sedet, non attendens tantum ad celsitudinem suae dignitatis, quantum ad debilitatem ac tenuitatem mulieris. Ad populum Hebraeorum ait Zacharias c. 9. num. 9. Ecce Rex tuus venit tibi iustus, & salvator, ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinae. Dominus, qui apparet inter millia millium Angelorum, qui ambulat super pennas ventorum, qui ascendit super Cherubim, modo in vili, ac humili asino se conspexit, ut populorum exhibet. Cur ad hoc non eligitur equus albus, ut majestatem supremi Regis ostendat, Apoc. 19. num. 11? Sed jam abiectum animal assumitur? Veniebat Dominus, ut medellam conferret miserissimo populo, qui ob suam peccata maxime rudis, & humilis erat; ideo Dominus majestatem occultat, ut necessitati, ac debili subditorum conditioni sese accommodet, atque attemperet. D. Zeno serm. 3. de aeterna filii Dei generatione. Namque, ait, temperat se propter verum naturam filius, ne aeterna majestatis Dominum non possit mundi istius medicinas sustinere. Et idem serm. de Nativitate Christi, ait: Etenim Dei filius tempore constituto, a simulata interim majestate ab aetherea sede profectus, &c. Verba Amos, qui fuit in pastoribus Thecae: que vidit super Israel in diebus Ozia Regis Iuda, & in diebus Ieroboam filii Ios Regis Israel. Amos 1. n. 1. Prædicabat Propheta iste, non ad Jerusalem, sed ad decem tribus Israel, ut docet D. Hieronymus, Rupertus, Remigius, Ribeyra, & alii. Et Propheta dicitur Amos, quod interpretatur populus avulsus, ut placet D. Hieronymo, & Ruperto. Sed cur Dei providentia Propheta suo tale indidit nomen? Cur non quid magnum, & perexcellsum in appellatione, sicut in aliis gestum vidimus; ei conceditur? Nam Elias interpretatur Deus Dominus, Isaias Domini salus, Jeremias celsitudo Domini, Daniel iudicium Dei, Ezechiel fortitudo Dei; cur ergo Amos, & populus avulsus? Mittebatur iste Propheta ad prædicandum ad decem Tribus Israel, Quae vidi super Israel, hoc est, super populum avulsam. D. Hieronymus Verba itaque Amos quo tempore populus avulsus erat a Domino, & aureis vitulis serviebat, sive avulsus a regno stirpis David, clara voce cecinerunt. Cum ergo populus esset avulsus a Domino, a regno David, a terra promissionis, ad eum mittitur Amos populus avulsus dictus, ut nomine suo portans populi infirmitatem, ita ejus miserissima conditioni adaptatus facilliori modo remedium ei posset afferre, adhibereque medellam. Rupertus. Amos, ait, qui interpretatur populus avulsus, ex ipsa sui nominis interpretatione durum praesens praesagium Israeli, ad quem mittitur, quod videlicet proxima captivitate de terra sua erat avellendus, qui aureos colendo vitulos a domo, & stirpe David, quem elegerat Dominus, erat avulsus. Vide lib. 2. cap. 1. num. 45. & lib. 3. cap. 1. n. 55. & 56.

Praelatus subditorum infirmitati obsequat, seque accomodat.

84. Zachar. 9.

Christus, non majestati suae, sed nostrae necessitati accommodat.

Zeno.

85. Amos 1.

Hieron. Rupert. Remigius. Ribeyra.

Hieron.

Praelatus, ad concionator aliorum indigentia facillit subvenit, si subditorum in se infirmitatem repraesentat. Rupert.



QUESTIO XIII.

Quare hora sexta sedebat Dominus?

86.

Ratio litterarum.

Evangelista notat tempus, quod hora sexta sedebat Dominus fatigatus. In quo magnum notat mysterium, ut in confesso est apud omnes. Ratio hujus rei naturalis ea est, quod Evangelista designat tempus, ut nobis innueret causam defatigationis, sessionis, ac sitis Christi Domini. Hora sexta erat, hoc est, meridiana, ut dixi in expositione, quando Solis calor vehementius urget, & ipse pedanter à matutino tempore ambulaverat, & hac de causa ex itinere tam longo ex tempore tanto, tam vehementer aëstu ipse veluti homo, siti, ac fatigatione laborans, ad fontem, tanquam ad locum aquis irriguum superferebat. Ita docent Ammonius, D. Cyrillus, Theophylactus, Euthymius, D. Thomas, Lyranus, & alii. Rationes morales queramus.

Ammon. Cyrill. Theoph. Euthym. D. Thom. Lyran.

87. August.

Deus inter justos vere requiescit.

88. Cassian.

Remedium proportionatur delictis.

Ignominia assum nobis habetur.

89. August. Beda. D. Thom. Potavent. Sexta hora sextam mundi aetatem dicit.

Respondet primò D. Augustinus serm. 92. de temp. Hora, inquit Evangelista, erat quasi sexta. Sexta die Deus de limo terra hominem figuraverat, sexta hora venit Samariam visitare, ut si in eum Samaritani crederent, ipse in eis inciperet requiescere, ut verum illud quietis Sabbatum celebraret. In molimine mundi sexta die Deus hominem creavit, ut requiesceret ab universo opere, quod patrauerat, Genes. 2. num. 2. Tamen cum homo deliquerit, & in mandatis Dei non steterit, non datur in eo locus ad quietendum; hora sexta ingreditur Samariam, ut credentibus Samaritanis, in eis requiescens verum illud quietis Sabbatum celebraret. Expende verbum, ut verum illud quietis Sabbatum celebraret. In opificio mundi inter tot opera majestatis, cum homo transgrediretur Dei mandatum, non inveniebatur ibi verum quietis Sabbatum, hic enim vera solemnitas quietis Domini solum datur inter justos, ac fideles de corde poenitentiam agentes. Vide superiori quæst. num. 80.

Secundò Simon Cassianus lib. 11. cap. 1. Descriptio, ait, ista temporis, non parvum mysterium tribuit ad contemplandum. Nam sexta die factus est, qua & peccavit homo, & quasi hora sexta egressus de paradiso; & sexta aetate mundi requisitus est, in qua sexta die incarnatus, & crucifixus, & mortuus est. Altitudo divinæ sapientiæ est, ut remedium proportionetur delicto. Sexta hora venit Dominus ut medelam animi conferat; sexta enim die homo creatus est; sexta hora deliquit, & ferè illà à paradiso expulsus est. Venit etiam Dominus visitare nos sexta mundi aetate, sexta die incarnatus, passus, & mortuus est. Sexta hora pululavit delictum, sexta etiam hora parat medicinam ad sublevandam hominis miseriam. Et hora, quæ fœdara fuerat ignominia culpæ, condecoratur medicamine salutis. Unde lib. 1. cap. 2. num. 47. & 48. & lib. 2. cap. 4. num. 49. & eodem lib. 2. cap. 7. num. 33.

Tertio Sexta hora venit, hoc est, sexta mundi aetate, qua nos visitavit. Ita D. Augustinus tract. 15. in Joan. Beda, D. Thomas D. Bonaventura; qui juxta D. Augustinum ait: Hora vero sexta figura est sextæ aetatis, in qua venit filius Dei ad puteum, id est, ad profunditatem nostræ habitati-

onis. Albertus Magnus ait: Sexta hora significat sextam aetatem mundi: in qua venit Christus in mundum, ut ipsum maxime Gentilem populum reformaret. Job. 5. num. 19. In sex tribulationibus liberavit te, in septima vero non tanget te malum. Alb. Magu. Job. 5.

Quartò, Idem Albertus Magnus Hora sexta, ait, hoc est meridiem quando Sol in summo cali consistit, & undique per cardines orbis lumen suum diffundit, & maximi caloris existit, quod etiam maxime congruit; quia tunc in ipso meridiano tempore Sol justitia Christus Deus noster lumen suum etiam ad gentes diffundit. Malach. 1. num. 11. Ab ortu Solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus; & tunc calorem suæ charitatis ad omnes expandit. Ecclesiastic. 43. num. 3. In meridiano exurit terram, & in conspectu ardoris ejus quis poterit sustinere. Verus Sol justitiæ & materiali Sole superari non poterat, imò cum magno intervallo transcendit, meridiatio tempore fulgentissimis radiis niter, ac magno calefacit aëtu. Cum autem verus amor à nullo possit superari, ipso meridiano tempore multo vehementius resplendet Sol justitiæ suæ sapientiæ, ac calorem suæ charitatis diffundit, ut mentem mulieris illuminet ad inflammandum cor ejus divino amore. Vide supra cap. 3. quæst. 41. num. 233.

Quintò, D. Chrysostomus homil. de Samaritanis, modò in Latinis data habetur tom. 6. inter ejus opera. Venit hora sexta, ait, quandoquidem, & cum Eva mandatum in paradiso transgressa est hora erat quasi sexta, id est, Samaritana servata est in fonte eadem hora. Maxime diversificatur arbor paradisi, & fons Jacob. In horto deliciarum hora sexta ad præsentiam arboris scientiæ boni, & mali miserimè labitur Eva, ac paradysum amittit. At eadem hora sexta ad fontem Jacob, hoc est, ad fontem poenitentiae, & lachrymarum, erigitur mulier ac resurgit, & paradysum invenit. Nam omne illud, quod felicitas, ac scientiæ boni, & mali perdidit, poenitentia, ac lachrymæ inveniunt, & restaurant. Ideoque Samaritana servata est in fonte eadem hora.

Sexto, Idem D. Chrysostomus eadem homil. proximè citata. Hora sexta, ait, quo tempore quieti à labore vacabant omnes, tunc illa hydriam arripienti aquam advehebat: noverat ergo Dominus, quam horam ceteri captanda quieti dabant, illa solere istam advehenda aqua vacare, propterea sexta hora Dominus abiit. Meridiana hora, quando omnes alii cibo incumbunt, ac quieti? Samaritana arripienti hydriam ibat ad fontem ad hauriendam aquam; fontem aquæ vivæ Christum Dominum invenit. Quid mirum, si omnes alii voluptate deliciantur, illa à ceteris omnibus sibi Christum præcipiat? Facile eum invenit, qui dum alii oscitantur, ipse solus vigilat, & laborat.

Cum ob numeratum à Davide populum Israël cunctus pleteretur, maxima ira exardescens, Immisit Dominus pestilentiam in Israël de mane usque ad tempus constitutum, 2. Reg. 14. num. 15. Septuaginta transferunt: Dedit Dominus mortem in Israël à mane usque ad horam prandii. Ut etiam ibi advertunt D. Cyrillus Alexandrinus lib. 3. de Ado. Hugo Lyranus ex aliorum relatis & alii. Qui omnes docent, quod David per totum illud tempus erat Deum exorans, ac maxime deprecans

Alb. Magu.

Malach. 1.

Eccl. 43.

Verus amor à nullo potest superari.

91. Chrysol.

Omne bonum quod per delicias deperditur, per lachrymas recuperatur.

92. Chrysol.

Qui laborat dum alii quieti indulgent, multum impetrat.

93.

2. Reg. 24. Septuag.

Cyrrill. Hugo. Lyran.

deprecans in cilicio, & cinere; Sed quero, cum tempus pestilentiae assignatum esset trium dierum, ut patet ex eodem cap. num. 13, cur usque ad horam prandii tantum duraverit? & cur potius in hac hora prandij meridiana, quam mane, vel vespere plaga cessaverit? Per aliud tempus, sive matutinum, sive vespertinum, si Rex erat orationi instans orabant etiam, ac laborabant alij: at meridiano tempore omnes cibo, & potui indulgebant, & tamen solus Rex jejunos instabat, Deum cum lacrymis deprecans; & ideo tantum pestilentiae malum à se populoque suo expellere valuit. Oratio enim vigilantis, quando alij rebus corporalibus implicantur, Deum propitium maxime facit.

Multum peccat creatio vigilantis obstantibus aliis.

94. Genes. 18.

Qui in opere charitatis laborat dum alii desidiosus multum promeretur.

Ambros.

Stabat Abrahamus ad ostium sui tabernaculi meridiano tempore; Apparuit ei Dominus in convalle Mambræ sedens in ostio tabernaculi in ipso fervore diei, Genes. 18. num. 1. Et tres Angeli in totius Trinitatis figuram recepit hospitio, promittitur ei filius Isaac, numerosaque progenies, & quod plus omnium, Christus Dominus, Benedicenda sunt in illo omnes nationes. Sed cur in hujusmodi hospitio Abrahamus tantum promeruit; nam hic plus quodammodo promissionis accepit, quam dum in holocaustum filium obtulit, Gen. 22. à v. 15. Nam in hospitio hoc Christus primò ei promittitur; in holocausto verò fuit quodammodo promissionis ratificatio, vel secunda promissio: & in hospitio constituitur ab intimis Dei secretis Nunquid celare possum Abrahamo, quæ gesturus sum? Unde ergo tantum promeruit Dominum hospitio recipere in ipso fervore diei, hoc est, meridiano tempore, ut est omnium expositio; tunc Domino ministravit, ad armentumque incurrit; & qui, dum alii relaxationis tempus habent, seipsum quietis laborat; cumque alij cibo, & potu recreantur, atque pascentur ipse sedulus stat in obsequium Dei minister, facillimè favorem, & gratiam apud Dominum impetrat. D. Ambrosius, lib. 1. c. 5. Ante ostium sedebat, ait, Abrahamus, sedebat meridiem: quando alij requiescebant, iste hospitium explorabat adventum; merito illi Deus apparuit.

Ioannis 4. 7. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jesus: Da mihi bibere.

VERSIONES.

Vatablus, Theophylactus. Venit mulier de Samaria ut hauriret aquam. Dicit ei Jesus; Da mihi bibere. Syriacus. Da mihi aquam bibendam.

EXPOSITIO.

95. Hugo.

CARDINALIS Hugo: Ubique, ait, Christus servas pacem, quia nec ex proposito, sed quasi ex accidenti venit ad Samaritanos: nec mulier venit mandata, sive vocata: sed à casu omnia dicit facta Evangelista; ut tollat occasionem murmuris Judæis, Eximia Jesu mansuetudo

Judæis, quibus odiosum cum Samaritanis erat commercium, occasionem murmuris in omnibus evitat: ideo veluti casu in Samariam Dominus venit: Quia oportebat eum transire per eam, ut ad Galilæam deveniret, supra num. 4. Et mulier venit non vocata, sed veluti casu ad hauriendam aquam. Et quod fortuitum ex parte mulieris videbatur factum; ex parte divinæ providentiæ erat altum consilium; ut in multis, quæ casu fieri videntur agnoscimus; ut quando Rebecca ad fontem veniens Abraham servum invenit, Genes. 24. num. 5. Rachel Jacob sponsum futurum, Genes. 29. num. 9. Venit mulier. O felix hora, in qua venisti mulier! Venit ad puteum, ait D. Augustinus serm. 92. de temp. & invenit fontem. Et quid mirum? Venit mulier de Samaria; quantum enim Vatablus Theophylactus, Janlenius habeant, Venit mulier Samaritana; tamen rectius legendum est cum nostra vulgata: Venit de Samaria: Et hoc loconomen est, non urbis; sed totius provinciæ, in qua regnabat peccatum, colebantur idola, & omnia illicita sedem habebat, Mulier ergo, quæ ab hoc loco venit, atque egreditur; vitæ fontem invenit ad salubres aquas potandas. Hæc etiam mulier, ut ait D. Augustinus tract. 15. ex alienigenis veniens, typum gerit Ecclesiæ; quæ ex Gentibus venit, ac congregata est.

Murmurationis causa vitanda.

Genes. 29. August.

Vatabl. Theoph. Janlenius.

Deum invenit, qui exiit ab occasione peccati.

August.

96.

Dicit ei Jesus. Quamvis Dominus discipulis suis præciperet, ne in Samaritanorum civitates venirent, de quo multa dixi supra quæst. 3. tamen hic cum Samaritana Dominus loquitur. Quod prævidens Evangelista, prius eum dicit fatigatum. Theophylactus, Iacobo, ait, dicit, quod sedens in loco propter sanguinationem fuerit, & quod colloquium cum muliere rationabilem habuerit legem non habet. D. Thom.

Th. vero ait, quod Christus, ut supremus Dominus non tenebatur illi legi. Et Christus Dominus prius petit, ut habeat occasionem loquendi cum muliere. Unde eleganter ait D. Cyrillus, lib. 2. in Joan. c. 80. Dicitur illi retia tenentis, ab ipsa re, quam mulier faciebat, facta colloctionis initio. Ut avicolam hanc Dominus capiat, ad quærit peccatores. Carthusius. Corporaliter, ait, sitiebat aquam; spiritualiter conversionem mulieris. Unde inquit D. Augustinus, Eusebius Emisenus, Beda, Ericus. Dominus fons vitæ, qui credentibus in se promittit affluentiam aquæ vitæ, sitiebat, non aquam; sed mulieris salutem, & fidem. Et petit Dominus aquam materialem, ut det vitæ aquam salutarem Polchrè D. Chrysostomus homil. de Samaritana; habetur in 6. tom. Fons vitæ, ait, juxta fontem sedens bibere possit; non bibere volens, sed potum dare. Da mihi bibere; ut dem tibi bibendam aquam immortalitatis. Ego enim salutem mortalium sitio; non ut bibam, sed ut potum præbeam. Patrem imitor meum; sic enim ait Deus ad Abraham: Offer mihi filium tuum Isaac dilectum unigenitum in holocaustum, Genes. 22. num. 2. Non quod accipere filium velle, id dixit; sed quod proprium filium orbi terrarum largiri velle. Immola filium tuum, non ut immoles, sed ut filium meum unigenitum immolem pro salute mundi. Genes. 22.

Joannis